



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Stavrologia Coloniensis**

**Gelenius, Aegidius**

**[Coloniae Agrippinae?], [ca. 1636]**

VII. VIII. IX. X. † Varia Dominici Ligni Segmina apud Colonienses atteruata.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64564](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-64564)

*Restau-* Renouatum 1627. (Cata  
*ratores.* *Q*Vos *SANCTVS* Gereon *serVat* sibi *In aDe* *DI-*  
*CoL*Legas, *renoVant* haC bone *ChriSte* tibi.  
*Tu* Clerū *populumq;* tua *rege* morte *redemptos,*  
*Da* *prisca* *praestent* in *pietate* *fide.*

Ad venerandum signum hoc, vt au-  
 ctor est Gerardus Harderuicenus Gy-  
 mnasij Laurentiani in Vniuersitate Co-  
 loniensi Regens, ingens olim populi in-  
 terdiu noctuq; supplicantis confluebat  
*Supsti-* multitudo, non absque superstitionis  
*tio à pie* suspicione; adeo vt plurium sententia  
*tate ar-* ipsum signum videretur amouendum,  
*cerur.* quod tamē minus aliis placuit, actumq;  
 proinde est, vt nimius iste populi con-  
 cursus aliquantulum temperaretur.

VII. VIII. IX. X. ✠  
 VARIA DOMINICI LIGNI  
 Segmina apud Colonienses  
 asseruata.

**C**Omplura in aliis Coloniae nostrae  
 Agrippinae templis ex ipso Domi-  
 nico Ligno segmina, aureis atque ar-  
 genteis in Crucibus condita, Sacrarium  
 commemorat Agrippinense. Vnum  
 in

in Ecclesia S. Seuerini, aliud in insigni  
 Diui Andreae Collegio, duo denique  
 in S. Cuniberti Basilica, quorum alterum  
 ex illis Dominici Ligni reliquiis, quas  
 Dominicani Religiosi habent, à B. Al-  
 berto Bauaro, cognomento Magno Ra-  
 tisbonensi Episcopo resectum est, qui  
 illud ipsum à B. Ludouico Rege Gallia-  
 rum dono acceperat, veritate eius ( vt *Veritas*  
 traditur ) experimento ignis probata. *Crucis*  
 Vnde B. Ludouicus acceperit, Schultin- *igne pro*  
 gius insinuat: *Baldwinus*, inquit, *Impe-*  
*rator Dominicae Crucis partem cum Spongia &*  
*Lancea ferro Venetis pignori obligat, quae postea*  
*Diuus Ludouicus potestate redimendi accepta,*  
*in Regio sacello Lutetia condidit, institutis ibi*  
*sacrorum ministris. Ex Genebrardo lib. 4.*  
*Chronographiae, & Gagnæo lib. 7. &c.*

XI. ✝

AD GRADVS B. M.

Virginis.

**E**cclesia B. M. Virginis ad Gradus *Veritas*  
 Dominicae Crucis Lignum habet, *Crucis*  
 quod quidem ( vt refert Sacrarium A- *iudicio*  
 grippinense pag. 73. ) per ignem tertio *gnis.*

B 3

à B.